



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Hominibus placere studere an sit vitiosum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

racioni. Iuxta materiam autem subiectam iudican-  
dum est de mortali: si scilicet contra aliquid necessa-  
rium ad salutem trahit & ducit iuxta regulas de ne-  
gligentia.

*Prædo marinus grauiſſimo peccatorum,  
vinculo tenetur.*

**P**irata (hoc est prædo marinus) contra humani ge-  
neris pacem manifestè agit: & est in statu dam-  
nato. Quomodo autem sint piratæ excommunicati,  
habes supra, excommunicatio.

*Hominiſus placere ſtudere an ſit  
vitioſum.*

**P**lacere hominibus peccatum tunc ſolum eſt;  
quum propterea à recta ratione diſceditur. Mor-  
tale autem eſt tunc tantum, quum propterea dile-  
ctionem Dei aut proximi poſtponimus. Quòd tunc  
tantum incurrimus, quum propterea diuina aut hu-  
mana præcepta tranſgredimur: vt quum miniſtri  
principis vt placeant illi non curant offendere pro-  
ximos: vt placeant iuncto ſanguine vel amicitia,  
negant iuſtitiam: aut opprimunt alios faciendo vel  
loquendo, vel tacendo & ſic de aliis. Frequenſque  
hoc videtur vitium paruipendentium illud Apo-  
ſtoli: Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus  
non eſſem.

*Pollutio dupliciter conſideratur, ſcilicet vt  
voluntaria, & eſt peccatum; in inuo-  
luntaria, & vt non eſt peccatum.*

**P**ollutio (qua ſemen humanum ſolitariè funditur)  
ſi non eſt voluntaria, ſiue in ſomno ſiue in vigilia,  
ſit peccatum non eſt. Si autem eſt voluntaria, pec-  
catum mortale eſt, & eſt vnū de peccatis contra na-  
turam,